



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CL. Ioannis Papae VIII. Ad Aginvlfv m Episcopvm Gabalitanvm. Vt  
praesentium latoribus ablata restituenda curet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA CL.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD AGINVLVVM EPISCOPVM GABALITANVM.

Vt præsentium latoribus ablata restituenda curet.

*Ioannes Aginulfo venerabili episcopo Gebaldanensi.*

**P**RÆSENTIVM latores questi sunt ab hac sede plebem suam eisdem sublatam. Quapropter apostolica auctoritate tuæ fraternitati præcipimus, vt inquisita rei veritate, quod iustum est, vnicuique reddere sacerdotali solitudine peruestiget: & quæ ipse diffinire non poteris, [referre ad nos] modis omnibus non prætermittas.

## EPISTOLA CLI.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD BISVNTINENSEM ARCHIEPISCOPVM.

Significat se Fulcardum, eiusque coniugem ab excommunicatione absoluisse.

*Theodorico venerabili episcopo Bisuntinensi.*

**N**OTVM sit sanctitati vestræ, quia Fulcardum, & Berelindam vxorem eiusdem, ab excommunicationis vinculo absolvimus, donec canonica regula exacte reperiamus iudicium. Vnde a vobis in communionem eos recipi mandamus. Optamus fraternitatem vestram bene valere. Data vt supra.

## EPISTOLA CLII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD OMNES EPISCOPOS.

Monet vt sua instituta obseruent, iusteque iudicent.

*Allocutio pontificis & exhortatio ad omnes episcopos.*

**E**CCE sanctissimi sacerdotes præmissis precibus fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor, vt ea quæ a nobis de Deo, & de sacris ordinibus, vel sanctis moribus fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis vestrum aliter